

TESTO

Quintiliano, discutendo sulle modalità e i luoghi dell'insegnamento, presenta criticamente diversi punti di vista, favorevoli o meno ad un insegnamento svolto solo entro le mura domestiche

Hoc igitur potissimum loco tractanda quaestio est, utiliusne sit domi atque intra privatos parietes studentem continere, an frequentiae scholarum et velut publicatis praceptoribus tradere. Quod quidem cum iis a quibus clarissimarum civitatum mores sunt instituti, tum eminentissimis auctoribus video placuisse. Non est tamen dissimulandum esse nonnullos qui ab hoc prope publico more privata quadam persuasione dissentiant. Hi duas praecipue rationes sequi videntur: unam, quod moribus magis consulant fugiendo turbam hominum eius aetatis quae sit ad vitia maxime prona, unde causas turpium factorum saepe extitisse utinam falso iactaretur: alteram, quod, quisquis futurus est ille praceptor, liberalius tempora sua inpensurus uni videtur quam si eadem in plures partiatur. Prior causa prorsus gravis: nam si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret, potior mihi ratio vivendi honeste quam vel optime dicendi videretur. Sed mea quidem sententia iuncta ista atque indiscreta sunt: neque enim esse oratorem nisi bonum virum iudico et fieri, etiam si potest, nolo. De hac igitur prius. Corrumphi mores in scholis putant: nam et corrumpuntur interim, sed domi quoque, et sunt multa eius rei exempla, tam hercule quam conservatae sanctissime utrubique opinionis.

LIVELLO B1 (90 min.)

ESERCIZIO NR. 1

Completa questa parafrasi del testo di Quintiliano, se e quando ti sembra necessario, usando le frasi indicate alla fine del testo
(riporta la lettera corrispondente nello spazio vuoto)

Hic nobis quaerendum est utrum discipulum domi erudire an scholarum praceptoribus tradere..... Quod iis qui in clarissimas civitates mores atque plurimis auctoribus placuisse patet. Sunt tamen nonnulli qui sibi persuasum habeant. Hoc duabus de causis sentire videntur; prior, quod mores facilius servari putent, cum turba vitetur hominum aetatis lubricae atque incertae, apud quam saepe turpia fieri, credo, dicitur; altera, quod praceptor, quicumque futurus est, uni discipulo quam pluribus se conferre videtur. Prior causa gravior existimatur: nam, etiamsi studiis provehendis scholae maxime proficere possent....., si moribus damno essent vitam honestam eloquentiae praefferendam Quae disiungi non possunt: orator est enim vir bonus dicendi peritus, nec, si posset aliter fieri, vellem. De hoc igitur in primis disseramus. Illi existimant. Recte: hoc aliquando fit; verum, ut multis exemplis patet. Sed totidem exemplis sanctissime conservata opinio ostenditur.

- A- aequa ac domi
- B- attentiore animo
- C- hunc morem recusandum
- D- induxerunt
- E- non dubitarem adfirmare
- F - non immerito
- G - potius sit
- H- scholas moribus nocere

ESERCIZIO NR. 2

Nel contesto proposto, che cosa significano le seguenti espressioni?

1. *publicatus* (r. 2)

- A disposizione di tutti
- Noto
- A spese dello stato

Già edito

2. *auctor* (r. 4)

- Fondatore
- Legislatore
- Autore
- Sapiente

3. *privata persuasio* (rr. 5-6)

- Persuasione condizionata dall'ambiente familiare
- Persuasione personale
- Persuasione mantenuta implicita
- Persuasione non troppo diffusa

4. *aetas* (r. 7)

- Epoca
- Generazione
- Età anagrafica
- Secolo

5. *impendere* (r. 9)

- Spendere
- Dedicare
- Sfruttare
- Sprecare

6. *prorsus* (r. 10)

- Decisamente
- Favorevolmente
- In avanti
- In anticipo

7. *prodesse* (r. 11)

- Giovare
- Essere necessario
- Tradire
- Perfezionare

8. *sancte* (r. 16)

- Scrupolosamente
- Santamente
- Nel rispetto dei riti
- Come da accordo

9. *ut rubique* (r. 16)

- In nessuno dei luoghi
- In entrambi i luoghi
- In qualsiasi luogo
- In qualsiasi caso

10. *opinio* (r. 16)

- Fama
- Reputazione
- Opinione
- Ipotesi

ESERCIZIO NR. 3

Quali parole del testo hanno lo stesso significato di quelle qui elencate?
(le forme nominali sono al nominativo, i verbi all'infinito)

celare.....

dictitare.....

disceptare.....

dividere.....

ignominiosus.....

inseparabilis.....

maxime.....

oriri.....

proclivis.....

retinere.....

continere, dissimulare, extare, iactare, indiscretus, partiri, potissimum, pronus, tractare, turpis

ESERCIZIO NR. 4

Il testo proposto presenta un testo argomentativo: individua i connettivi che segnano la progressione delle argomentazioni

ESERCIZIO NR. 5

Indica quali delle seguenti affermazioni si possono ritenere vere, e quali false

		V	F
1	<i>Ad scholas condendas nimiam pecuniam res publica impendere Quintiliano videtur</i>		
2	<i>Ad vitia proclivis pueritia solet esse, maxime cum discipuli inter coaequales versentur</i>		
3	<i>Temporibus illis nemo dubitabat quin discipuli praceptoribus publicis tradendi essent</i>		
4	<i>Aliquando accidit ut puerorum mores domi corrumpantur aequa ac in scholis</i>		
5	<i>Rationem honeste vivendi sibi potiorem videri quam optimum oratorem fieri, Quintilianus adfirmat.</i>		
6	<i>Eminentissimi auctores utilius pueros intra parietes domesticos contineri censebant</i>		
7	<i>Integritas vitae atque recti mores identidem in scholis ac domi servari possunt</i>		
8	<i>In scholis causas turpium factorum saepe exitisse falso iactatur</i>		
9	<i>A vitae integritate ars bene dicendi seiungi non potest, ut Quintilianus ait</i>		
10	<i>Quidam unum discipulum praceptoris tradendum esse existimant, quia in plures magister tempora sua aequaliter partiri non possit</i>		

LIVELLO B2 (90 min.)

Dopo aver svolto i precedenti esercizi, puoi procedere con questi se vuoi raggiungere il livello B2

ESERCIZIO NR. 6

Rispondi alle seguenti domande in latino
(max. 3 righe per risposta)

1. Quae opinio de scholis vulgatior est ?

2. Cur ratio vivendi ab eloquentiae disciplina disiungi atque discerni non potest, ut Quintilianus adfirmat?

3. De hac quaestione Quintiliani sententia e quibus argumentis intellegi potest?

ESERCIZIO NR. 7

Traduci il seguito delle argomentazioni di Quintiliano

Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate et in media rei publicae luce vivendum est, adsuescat iam a tenero non reformidare homines neque illa solitaria et velut umbratica vita pavescere. Excitanda mens et attollenda semper est, quae in secretis aut languescit et quendam velut in opaco situm dicit, aut contra tumescit

inani persuasione: necesse est enim nimium tribuat sibi qui se nemini comparat; deinde, cum proferenda sunt studia, caligat in sole et omnia nova offendit, ut qui solus didicerit quod inter multos faciendum est.

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....

.....